



21
Bl. 89



J. N. J.

VALE VOTIVUM,

QVO

VIRVM

*CLARISSIMUM ATQVE NOBI-
LISSIMUM*

DOMINVM

DN. PETRVM

MAGVLACS

**ALNOVIA GOEMMOERIEN. HVNGARVM
S. S. THEOLOGIAE CANDIDATVM**

**CONTINVA TIS FELICITER SVMMA CVM LAVDE
ACADEMICIS STVDIIS**

IN PATRIAM SVAM REMEANTEM

PROSEQVEBATVR

ET

APPLAVDEBAT

DVVM FRATRVM CORONA.

ANNO MDCCXIII. DIE XV. MENSIS JVLII.

VITEMBERGAE,

EXPRESSIT FORMIS AVGVSTVS KOBERSTEINIVS,





Armigeras quum sunt ausi producere Classes,
Inque Vado longam findere Nave viam,
Colchidos auratum cupientes demere vellus
Æmonii Socii Martia turba Ducum:

Theſſalico Pinus natæ sub culmine, viſæ

Tanarii fuerant, naſſe per antra freti,

Phaſiacos verſus fines ac Ætia Regna,

Argolicasque ſua fronde levaffe rates.

Verum Phœbeas ubi Tu CLARISSIME CIVIS

Esſes annifus ſcandere Pierides,

Illic ut longe latum vulgata per Orbem

Doctorem raperes *aurea ſcripta Sophum*.

Crine comes pulchro fuit haud Cybeleia Pinus,

Carbaſa qua melius currere texta poteſt;

Regis at æterni ceſſum moderantis olympum

Aſiger atbereus Spiritus ille celer,

Chara DEI Soboles noſtræ fidiffima vite

Spes, quem delectum tradidit ante diu,

Cujus & auſpiciis nihil inſuperabile duxit,

Quicquid perſpexit mens animoſa tua.

Hellas, *Jafonius*, Latia cum Gente ſtupeſcit,

Nec non Semideos ore ſonante vocat,

Quod maris; irriguæ quod terræ tanta pericla

Ingenti poterant exuperare pede.

Heu Te mirari quanto plus eorde licebit

Aut etiam claris annumerare Viris?

Qui reſidens Aganippeos tam tempore multo

Ad fundos inter Dædala caſtra Dæa

Palladis, ac operans non accedente quiete

Divis in libris mente manuque cita,

Fortiter adverſe fortunæ tela tuliffi,

Quæ pro more ſuo ſpargere dura ſolet,

Gazis & tandem partis ut providus Emptor

Suppeditante Pharo, ſuppeditante Cypro,

Post varios caſus deluſos ingenio ſe,

Se queis implicitum ſæpe perire putat,

Cecropiis exultans ex Tritonidos Arvis

Grata fecundis Bellerophontis aqua,

Ad natale ſolum ſpirans dulcedine mira

PANNONIAE PATRIAE jam remeare paras,

Nimirum Clario flavi velatus honore

Artis Apollinis ac Phocidos egregia

Dote locupletatus ab anguinenente Minerva,

Judicioque adeo cum probitate valens:

Nam decerpiffi cythiſum per culta Vireta

Mufarum, pia quæ rore Arethuſa fovet,

Nec tibi fat poterat fieri guſtaſſe liquores

De Parnaffide, ſed tora rigaſſe labra.

Eſt bene! fauſtus abis diſſolvif lintea fauſtus

Concita trajiciens flumina Leucoridum:

Ignivomo temone ſedens Genitor Phaethontis

Quadrijugo curru vectus in Axe Poli

Stella Phosphorea, quæ semper præit Eoum
 Et Caducifero vaticinante vehit
 Ecce diem ! manibus croceis fulgore nitentem
 Ætheris e tecto flammigerante plaga,
 Quæ quod præcipuum, firmares sanguine tinctos
 JESU *Christifolus* in pietate sacra:
 Dein qua cana *Sophia* tibi cum laude laborum
 Exantlatorum præmia iusta ferat.
 Tu modo ne dubites rigidos conscendere Clivos
 Nereidum patulo vel dare vela sinu:
 Non est Scylla rapax non Siren glauca timenda
 Detrimenta struens nulla charybdis erit:
 Non aderit quisquam sceleratus latro Procuftes,
 Nec tristes Hyades quæ mala damna fiant.
 Clemens ipse viæ tantæ *Dux JOVA* futurus
 Angelus & Sanctus claudet utrumque latus.
His Ducibus rabidi fugient ad stantibus Austri
 Horridus haud Boreas imbre tumente furet;
 Temperies contra lenis composita Favoni
 Succedet mulcens omnia dulcifone.
 Rura licet subeas nullis habitata Colonis
 Nil tamen est animo cur trepidare velis,
His Ducibus certo rediens cum corpore sano
 DILECTÆ PATRIÆ limina picta leges,
 Quam precor ut videas lethali peste remota
 Plaudentem svavi pacis odore frui.

Hæc in pignus sinceri Amoris devovebat

Sam. Sartorius Czetnekino Hungar.

S. S. Theol. & Phil. Stud.

Dum cogitat VITEBERGA tuas deserere terras
 Dumque viæ molem prosperioris init
 Noster Amor, nostrumque Decus MAGVLACS meus, ergo
 Est opus ut faustum Musa precemur iter.
 Surgite Castaliæ coeptisque favete sorores
 Dum Carmen lætum ducere cogit amor.
 Phoebe Pater, Vatumque Decus succurre canenti
 Successuque pio tangere pleetra juva.
 Permiserunt etenim tristes, mea gaudia, fletus
 Nobile tempus adeit, Frater abire parat:
 Cessit hycms Canæque nives de montibus altis
 Verna Dies rediit floribus arva virent,
 Svave Canens dulces renovat Philomela querelas
 Unda fileit, Zephyrus perleve murmur edit.
 Attamen interea forsitan meminisse juvabit
 Materiæ mihi quæ gaudia plura feret.
 Sed nimum misero surgunt in corde dolores
 Ut tristes lacrymâs vix cohibere queam.

Johannes Schmidt Alnor *Examinator* *Hungar.*
 Hoc utrum, sed dolorum VALE dabat
 S. S. Theol. & Phil. Cultor.

Stella Phosphorea, quæ semper præit Eoum
 Et *Caducifero* vaticinante vehit
 Ecce diem ! manibus croceis fulgore nitentem
 Ætheris e tectò flammigerante plaga,
 Qua quod præcipuum, firmares sanguine tinctos
 JESU *Christicolæ* in pietate sacra:
 Dein qua cana *Sophia* tibi cum laude laborum
 Exantlatorum præmia justa ferat.
 Tu modo ne dubites rigidos conscendere Clivos
 Nereidum patulo vel dare vela sinu:
 Non est Scylla rapax non Siren glauca timenda
 Detrimta struens nulla charybdis erit:
 Non aderit quisquam sceleratus latro Procutest,
 Nec tristes Hyades quæ mala damna fleant.
 Clemens ipse viæ tantæ *Dux JOVA* futurus
 Angelus & Sanctus claudet utrumque latus.
 His *Ducibus* rabidi fugient adstantibus *Auftri*
 Horridus haud *Boreas* imbre tumente furet;
 Temperies contra lenis composita Favoni
 Succedet mulcens omnia dulcifone.
 Rura licet subeas nullis habitata Colonis
 Nil tamen est animo cur trepidare velis,
 His *Ducibus* certo rediens cum corpore sano
 DILECTÆ PATRIÆ limina picta leges,
 Quam precor ut videas lethali peste remota
 Plaudentem svavi pacis odore frui.

Hæc in pignus sinceri Amoris devovebat

Sam. Sartorius Czetnekino Hungar.

S. S. Theol. & Phil. Stud.

Dum cogitat VITEBERGA tuas deserere terras
 Dumque viæ molem prosperioris init
 Noster Amor, nostrumque Decus MAGVLACS meus, ergo
 Est opus ut faustum Musa precemur iter.
 Surgite Castaliæ coeptisque favete sorores
 Dum Carmen latum ducere cogit amor.
 Phoebe Pater, Vatumque Decus succurre eanenti
 Successuque pio tangere pleetra juva.
 Permiserunt etenim tristes, mea gaudia, stetus
 Nobile tempus adest, Frater abire parat:
 Cessit hyems Canæque nives de montibus altis
 Verna Dies rediit floribus arva virent,
 Svave Canens dulces renovat Philomela querelas
 Unda silet, Zephyrus perleve murmur edit.
 Attamen interea forsitan meminisse juvabit
 Materie mihi quæ gaudia plura feret.
 Sed nimium misero surgunt in corde dolores
 Ut tristes lacrymâs vix cohibere queam,
 Tu quia Pannonios repetis mi PETRE penates
 Et sine me Patriæ limina chara subis,
 Unus idemque locus nostrum produxit utrumque
 Quem nunc præ dulcis Pannonia terra fovet;
 At quoniam Te fata vocant, modicumque manere
 Me decet in Domibus plus VITEBERGA tuis.
 Integer ecce Tibi jam tertius exiit Annus
 Quum nolles Patrio delituisse solo,
 Sed procul a Patria Musarum in castra vocatus
 Discebas animo multa notanda tuo,
 Plurima non poterant retinere pericula mentem
 Quo minus egregius artibus ante vaces,

Non

Non Te Pestis atrox, non perfida bella moverunt
 Quæ Patriam nostram dilacerare solent
 Tu contra assiduus doctum monumenta Virorum
 Volvere pergebas Cum Pietate simul;
 Ut quæ emissa favis examina gentis adultæ
 Floriferam latæ depopulantur humum
 Unde sibi flavæ solident fundamina Cere
 Et mediis cogant rosida mella favis.
 Hoc Tu proposito Vitebergica tecta subiisti,
 Doctior ut valeas inde redire Domum,
 Nec frustratus abis spe. Te quia LEUCORIS alma,
 Te casto erudiit Docta Minerva sinu.
 Comprobat id doctum specimen, quod & omine fausto
 Protegis ex Cathedra Dive LUTHERE tua.
 Quid loquar egregias sublimi in pectore dotes?
 Ingenium solers Judiciumque sagax?
 O Te felicem proprias quod inquirere sedes
 Atque peregrinas inhabitare potes,
 Unde animum cultum studiis & moribus aptum
 Ad Patriam referas convenienter humum.
 Sed quorsum properas velocem Currere Cursum
 O bone, siste Tuum, quæso parumper iter?
 Nonne vides Patriæ sublata pericula nondum?
 Nec cuiquam dulcis constat amica quies?
 Vivitur in vitiis, augetque antrum
 A bripit a nostris pulpita sacra Deo,
 Namque fere Pictas vera omnibus exulat oris
 Et larvam monstrat vix Pietista malus?
 Tu tamen haut metuas, sed contra audentior ito
 Er sequeris quo Te Diva Pronoea vocat,
 Restituasque vicem Patriæ, quæ vindicat ortus
 Particulam nostri, teste Platone, sibi,
 Et quondam gravium subeas molimina rerum
 Civibus exponas dogmata sacra suis.
 Te Pater ipse vocat, revocat dulcissima Mater
 I, quo Te Mater, quo vocat ipse Pater.
 Sæpe meos equidem (fateor Tibi) recreat artus
 Quod felix tantis dotibus auctus eas;
 Ast quia fraterno mecum conjunctus amore
 Exstiteras vitæ portio magna mee,
 Extremum ve vale modo jam vis dicere nobis
 Dimidiumque simul Pectoris abripies,
 O utinam possem Tecum remanere perennis
 Candida quo nobis pectora juncta forent;
 Sed mutare nequis facit hæc Divina voluntas
 Obsequio Sancto perforce iussa Dei.
 I, igitur Juvenis nimium dilecte, quid ultra
 Provehor & longo demoror ore vias?
 Jure tamen versus extremum munus ituro
 Mitto simul studii pignora cara fero.
 Accipias ergo Chari votiva sodalis
 Carmina pro cursu candida sacra Tuo,
 Quæ Tibi ceu Fratri moerens SCHMIDELIUS offert
 Adjicit & fida sibi mente vovet:
 Faxit inoffenso CHRISTUS Te sigere gressum
 Poplite & inceptum rite secundet iter
 Consiliis faveat rebusque det optima cæptis,
 Officio ornatus digna brabea feras,
 Hoc precor hoc superos votivo pectore posco
 Ex hibeam servo talia dona suo.
 Ergo VALE veterisque memor sis semper Amici
 Nam jam vix possum dicere rite VALE!
 Hoc ultimum, sed dolorosum VALE dabat

Iohannes Schmidt Alnov Gëmmite. Hungaria.
 S. S. Theol. & Phil. Cultor.

Non Te Pestis atrox, non perfida bella moverunt
 Quae Patriam nostram dilacerare solent
 Tu contra assiduus doctum monumenta Virorum
 Volvere pergebas Cum Pietate simul;
 Ut quae emissa favis examina gentis adulterae
 Floriferam lacte depopulantur humum
 Unde sibi flavae solidantur fundamina Ceræ
 Et mediis cogant rorsida mella favis.
 Hoc Tu proposito Vitebergica tecta subiisti,
 Doctior ut valeas inde redire Domum,
 Nec frustratus abis spe, Te quia LEUCORIS alma,
 Te casto erudiit Docta Minerva sinu.
 Comprobat id doctum specimen, quod & omine fausto
 Protegis ex Cathedra Dive LUTHERE tua.
 Quid loquar egregias sublimes in pectore dotes?
 Ingenium solers Judiciumque sagax?
 O Te felicem proprias quod linquere sedes
 Atque peregrinas inhabitare potes,
 Unde animum cultum studii & moribus aptum
 Ad Patriam referas convenienter humum.
 Sed quorsum properas velocem Currere Cursum
 O bone, siste Tuum, quaeso parumper iter?
 Nonne vides Patrie sublata pericula nondum?
 Nec cuiquam dulcis consistat amica quies?
 Vivitur in vitis, augetque antrum
 A bripit a nostris pulpita sacra Deo,
 Namque fere Pietas vera omnibus exulat oris
 Et larvam monstrat vix Pietista malus?
 Tu tamen haut metuas, sed contraudentior ito
 Et sequeris quo Te Diva Pronoea vocat,
 Restituasque vicem Patrie, quae vindicat ortus
 Particulam nostri, teste Platone, sibi,
 Et quondam gravium subeas molimina rerum
 Civibus exponas dogmata sacra suis.
 Te Pater ipse vocat, revocat dulcissima Mater
 I, quo Te Mater, quo vocat ipse Pater.
 Saepe meos equidem (sateor Tibi) recreat artus
 Quod felix tantis dotibus auctus eas;
 Ast quia fraterno mecum conjunctus amore
 Existeras vitae portio magna meae,
 Extremum ve vale modo jam vis dicere nobis
 Dimidiumque simul Pectoris abripies,
 O utinam possem Tecum remanere perennis
 Candida quo nobis pectora juncta forent;
 Sed mutare nequis facit hæc Divina voluntas
 Obsequio Sancto perforce iussa Dei.
 I, igitur Juvenis nimium dilecte, quid ultra
 Provehor & longo demoror ore vias?
 Jure tamen versus extremum munus ituro
 Mitto simul studii pignora cara sero.
 Accipias ergo Chari votiva sodalis
 Carmina pro cursu candida facta Tuo,
 Quæ Tibiceu Fratri moerens SCHMIDELIUS offert
 Adjicit & fida sicutibi mente vover:
 Faxit inoffenso CHRISTUS Te figere gressum
 Poptite & inceptum rite secundet iter
 Consilium saveat rebusque det optima cepris,
 Officio ornatus digna brabea feras,
 Hoc precor hoc superos votivo pectore posco
 Ex hibeas servo talia dona suo.
 Ergo VALE veterisque memor sis semper Amici

Ung VI 4

(x 2743293)



U 17
U 18





F. N. F.

VALE VOTIVUM,

QVO

VIRVM

CLARISSIMUM ATQVE NOBILISSIMUM

DOMINVM

DN. PETRVM

MAGVLACS

ALNOVIA GOEMMOERIEN HVNGARVM
S. S. THEOLOGIAE CANDIDATVM

CONTINVA TIS FELICITER SVMMA CVM LAVDE
ACADEMICIS STVDIIS

IN PATRIAM SVAM REMEANTEM

PROSEQVEBATVR

ET
APPLAVDEBAT

DVVM FRATRVM CORONA.

ANNO MDCCXIII DIE XV. MENSIS JVLII.

VITEMBERGAE,

EXPRESSIT FORMIS AVGVSTVS KOBERSTEINIVS,

